

Lambardi, Girolamo (Hieronymus). *Antiphonarium vespertinum dierum festorum totius anni . . . secunda pars . . . Venezia, Caenobio Sancti Spiritus. 1597. RISM L366.*

Title:

ANTIPHONARIVM
VESPERTINVM
DIERV M FESTORVM TOTIVS ANNI
iuxta ritum Romani Breuiarij iussu Pij V. reformati,
nunc nuper pulcherrimis contrapuntis
exornatum atque auctum.
A REVERENDO D. HIERONYMO
LAMBARDO
Canonico Regulari sancti Spiritus prope Venetias.
IN TRES PARTES DISTRIBVTVM
quarum vna complectitur dies festos domini, altera
Proprium sanctorum, tertia Commune.
SECVNDA PARS.

CVM PRIVILEGIO, ET LICENTIA SVPERIORVM.

[Woocut of seated Madonna surrounded by twelve disciples and dove of Holy Spirit
overhead]

Impressum in Cænobio Sancti Spiritus prope Venetias.

M. D. X C V I I.

Index Secunda Pars:

In festo sancti Andreae Apostoli, in vtrisque vesperis.
In festo sanctae Luciae virginis & martyris, in vtrisque vesperis.
In festo sancti Thomae Apostoli, ad Magnificat in vtrisque vesperis.
In festo sanctae Agnetis virginis & martyris, in vtrisque vesperis.
In Conuersione sancti Pauli Apostoli, in in [*sic*] primis vesperis.
Pro sancta Agnete Secundo. Commemo.
In Purificatione beatæ Mariæ Virginis, in secundis vesperis.
In festo sanctae Agathæ virginis & martyris, in vtrisque vesperis.
In Annunciatione beatæ Mariæ Virginis, in vtrisque vesperis.
In festo Apostolorum Philippi & Iacobi, in vtrisque vesperis.
In inuentione sanctæ Crucis, in vtrisque vesperis.
In festo sancti Ioannis ante portam Latinam, ad Magnificat in vtrisque vesperis.
In Natiuitate sancti Ioannis Baptistæ, in primis vesperis.
in secundis vesperis.
In festo sancti Ioannis & Pauli, in secundis vesperis.
In festo Apostolorum Petri & Pauli, in primis vesperis.
In festo sanctæ Mariæ Magdalenæ.
In festo sancti Petri ad Vincula, in primis vesperis.
In festo sanctæ Mariæ ad Niues.
In Transfiguratione Domini, in vtrisque vesperis.

In feſto ſancti Laurentij martyris, in vtriſque veſperis.
 In Aſſumptione beatæ Mariæ Virginis, in vtriſque veſperis.
 In Decollatione ſancti Ioannis Baptiſtæ.
 In Natiuitate beatæ Mariæ Virginis, in vtriſque Veſperis.
 In feſto exaltationis ſanctæ Crucis, in vtriſque veſperis.
 In Dedicacione ſancti Michaelis Archangeli, in vtriſque veſperis.
 In feſto omnium Sanctorum, in vtriſque veſperis.
 In feſto ſancti Martini epiſcopi, in vtriſque veſperis.
 In feſto ſanctæ Cæciliæ virginis & martyris.
 In feſto ſancti Clementis Papæ & martyris.

Contents Secunda Pars:

In Feſto S. Andreæ Apoſtoli. In Vtriſque Veſperis.

Salue crux pretioſa: Suſcipe diſcipulum eius qui pependit in te magiſter meus Chriſtus.
 Beatus Andreas: Orabat dicens Domine rex æterne glorie ſuſcipe me pendentem in patibulo.
 Andreas Chriſti famulus: Dignus Dei apoſtolus germanus Petri et in Paſſione ſocius.
 Maximilla Chriſto amabilis: Tulit corpus apoſtoli optimo loco cum aromatibus ſepeliuit.
 Qui perfequebantur iuſtum: Demerſiſti eos domine in inferno & in ligno crucis dux iuſti fuiſti.
Ad Magnificat in Primis Veſperis. Vnus ex duobus: Qui ſecuti ſunt dominum erat Andreas frater Simonis Petri alleluia
Ad Magnificat in Secundis Veſperis. Cum perueniſſet: Beatus Andreas ad locum ubi crux parata erat exclamauit & dixit O bona crux diu deſiderata et iam concupiſcentia animo præparata ſecurus & gaudens venio ad te ita & tu exultans ſuſcipias me diſcipulum eius qui pependit in te.

In Feſto S. Lucie Virginis. In Vtriſque Veſperis

Orante: ſancta Lucia apparuit ei beata Agatha et conſolabatur ancillam Chriſti.
 Lucia virgo: Quid ad me petis quod ipſa poteris præſtare continuo matri tuæ.
 Per te Lucia virgo: Ciuitas Syracuſana decorabitur a domino Ieſu Chriſto.
 Benedico te: Pater domini mei Ieſu Chriſti quia per filium tuum ignis extinctus eſt a latere meo.
 Soror mea Lucia virgo: Deo devota quid a me petis quod ipſa poteris præſtare continuo matri tuæ.
Ad Magnificat in Primis Veſperis. In tua patientia: Poſſediſti animam tuam Lucia ſponſa Chriſti odiſti quæ in mundo ſunt & coruſcas cum angelis ſanguine proprio inimicum viciſti.
Ad Magnificat in Secundis Veſperis. Tanto pondere eam fixit: Spiritus ſanctus vt virgo Chriſti immobilis permaneret.

In Feſto S. Thomæ Apoſtoli: Ad mag. in vtriſque veſperis.

Quia vidiſti me: Thoma credidiſti beati qui non viderunt & crediderunt alleluia.

In Feſto S. Agnetis. In Vtriſque Veſperis.

Ingreſſa Agnes: Turpitudinis locum angelum domini præparatum inuenit.

Mecum enim habeo: Cuſtodem corporis mei angelum domini.

Annulo ſuo: Subarrauit me dominus meus Ieſus Chriſtus et tanquam ſponſam decorauit me corona.

Benedico te: Pater domini mei Ieſu Chriſti quia per filium tuum ignis extinctus eſt a latere meo.

Congaudete mecum: Et congratulamini quia cum his omnibus lucidas ſedes accepi.

Ad Magnificat in Primis Veſperis. Beata Agne: ſ in medio flammarum expanſis manibus orabat Te deprecor adorande colende pater metuende quia per ſanctum filium tuum manus euaſi ſacrilegi tyrani & carniſ ſpurcitiſ immaculato calle tranſiui & ecce venio ad te quem amaui quem quaſiui quem ſemper optaui.

Ad Magnificat in Secundis Veſperis. Stans beata Agne: In medio flammæ expanſis manibus orabat ad dominum Omnipotens adorande colende tremende benedico te & glorifico nomen tuum in æternum.

In Conuerſione S. Pauli. In primis Veſperis.

Ego plantaui: Apoſtolo rigauit Deus autem incrementum dedit alleluia.

Libenter gloriabor: In infirmatibus vt inhabitet in me virtus Chriſti.

Gratia Dei: In me vacua non fuit ſed gratia eius ſemper in me manet'

Damaſci præpoſitus: Gentis Arethæ regis voluit me comprehendere a fratribus per murum demiffus ſum in ſporta et ſic euaſi manus eius in nomine domini.

Ter virgis cæſus ſum: Semel lapidatus ſum ter naufragium pertuli pro Chriſti nomine.

Ad Magnificat in Primis Veſperis. Vade Anania: Et quere Saulum ecce enim orat quia vas electionis eſt mihi ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filijs Iſrael.

Ad Magnificat in Secundis Veſperis. Sancte Paule apoſtote: Prædicator veritatis et doctor gentium intercede pro nobis ad Deum qui te elegit.

Pro S. Agnete ſecundo

Stans a dextris eius: Agnus vive candidior Chriſtus ſibi ſponſam et martyrem confecrauit.

In Purificatione B. Mariæ Virginis. In Secundis Veſperis.

Simeon iuſtus: Et timoratus expectabat redemptionem Iſrael et ſpiritus ſanctus erat in eo.

Reſponſum accepit Simeon: A ſpiritu ſancto non viſurum ſe mortem niſi videret dominum.

Accipiens Simeon puerum: In manibus gratias agens benedixit Dominum.

Reuertere in terram Iuda: Mortui ſunt enim qui quaerebant animam pueri.

Obtulerunt pro eo domino: Par turturum aut duos pullos columbarum.

Ad Magnificat in Primis Veſperis. Senex puerum portabat: Puer autem ſenem regebat quem virgo peperit et poſt partum virgo permanſit ipſum quem genuit adoravit.

Ad Magnificat in Secundis Veſperis. Hodie: Beata virgo Maria puerum Ieſum præſentavit in templo et Simeon replectus ſpiritu ſancto accepit eum in ulnas ſuas et benedixit deum in æternum.

In Fefto Sanctæ Agatæ. In Vtrifque Vefperis.

Quis es tu: Qui venifti ad me curare vulnera mea Ego fum apoftolus Chrifti nihil in me dubites filia.
 Medicinam carnalem: Corpori meo nunquam exhibui fed habeo dominum Iefum Chriftum qui folo fermone reftaurat uniuerfa.
 Gratias: Tibi ago domine Iefu Chrifti quia memor es mei et mififti ad me apoftolum tuum curare vulnera mea.
 Benedico te: Pater domini mei Iefu Chrifti quia per apoftolum tuum mammillam meam meo pectori reftituitifti.
 Qui me dignatus eft: Ab omni plaga curare et mammillam meam meo pectori reftituere ipfum in voco deum vivum.
Ad Magnificat. Stans beata Agatha: In medio carceris expanfis manibus orabat ad dominum Domine Iefu Chrifti magifter bone gratias tibi ago qui me fecifti vincere tormenta carnificum iube me domine ad tuam immarcefibilem gloriam feliciter per venire.

In Annunciatione B. Mariæ Virginis. In vtrifque Vefperis.

Miffus eft Gabriel angelus: Ad Mariam virginem desponfatam Iofeph.
 Ave Maria: Gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus.
 Ne timeas Maria: Inuenifti gratiam apud dominum ecce concipies et paries filium.
 Dabit ei dominus: Sedem Daud patris eius et regnabit in æternum.
 Ecce ancilla domini: Fiat mihi fecundum verbum tuum.
Ad Magnificat in Primis Vefperis. Spiritus fanctus in te descendet Maria et virtus altiffimi obumbrabit tibi.
Ad Magnificat in Secundis Vefperis. Gabriel angelus: Locutus eft Mariæ dicens Ave gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus.

In Fefto apoftolorum Philippi et Iacobi. In Vtrifque Vefperis.

Domine: Oftende nobis patrem et fuficit nobis alleluia.
 Philippe: Qui videt me videt et patrem meum alleluia.
 Tanto tempore: Vobifcum fum et non cognouiftis me Philippe qui videt me videt et patrem meum alleluia.
 Si cognouiffetis me: Et patrem meum vtique cognouiffetis et amodo cognofcetis eum et vidiftis eum alleluia.
 Si diligitis me: Mandata mea fervate alleluia.
Ad Magnificat in Primis Vefperis. Non turbetur cor veftrum: Neque formidet creditios in deum et in me credite In domo patris mei manfiones multe funt alleluia.
Ad Magnificat in Secundis Vefperis. Si manferitis in me: Et verba mea in vobis manferint quocunq; petieritis fiet vobis alleluia.

In Inventione S. Crucis. In Vtrifque Vefperis.

Helena: Constantini mater Ierofolymam petijt alleluia.
 Tunc præcepit eos: Omnes igne cremariat illi timentes tradiderunt Iudam alleluia.

Mors et vita: Apposita sunt tibi si non ostenderis mihi crucem Christi alleluia.

Cumque: Ascendisset Iudas de lacu perrexit ad locum ubi iacebat sancta crux alleluia.

Orabat Iudas: Deus Deus meus ostende mihi lignum sanctæ crucis alleluia.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. O crux splendidior: Cunctis altris mundo celebris hominibus multum amabilis sanctior vniuersis quæ sola fuisti digna portare talentum mundi dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera salva præsentem cateruam in tuis hodie laudibus congregatam alleluia.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Crucem sanctam subijt: Qui infernum confregit accinctus est potentia surrexit die tertia alleluia.

Festo S. Iohannis ante portam Latinam. In Vtrisque Vesperis.

Ad Magnificat. In ferventis olei: Dolium missus Iohannes apostolus diuina se protegente gratia illæsus exiuit alleluia.

In Natiuitate S. Iohannis Baptistæ. In Primis Vesperis.

Ipse præibit ante illum: In spiritu et virtute Eliæ parare plebem perfectam.

Iohannes est nomen eius: Vinum et ficeram non bibet et multi in natiuitate eius gaudebunt.

Ex vtero senectutis: Et sterili Iohannes natus est præcurfor domini.

Iste puer: Magnus coram domino nam et minus eius cum ipso est.

Nazaraeus: Vocabitur puer iste vinum et ficeram non bibet et omne immundum non manducabit ex vtero matris suæ.

Ad Magnificat. Ingresso Zacharia templum domini: Apparuit ei Gabriel angelus stans a dextris altaris incensi.

In Natiuitate S. Iohannis Baptistæ. In Secundis Vesperis.

Elisabeth Zachariæ: Magnum virum genuit Iohannem Baptistam præcurforem domini.

Innuebant patri eius: Quem vellet vocari eum et scripsit dicens Iohannes est nomen eius.

Iohannes vocabitur: Nomen eius et in natiuitate eius multi gaudebunt.

Inter natos mulierum: Non surrexit maior Iohanne Baptista.

Tu puer propheta: Altissimi vocaberis præibis ante dominum parere vias eius.

Ad Magnificat. Puer qui natus est nobis: Plusquam propheta est hic est enim de quo salvator ait Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista.

In Festo SS. Iohannis et Pauli. In Primis Vesperis.

Ad Magnificat. Altiterunt: Iusti ante dominum et ab invicem non sunt separati calicem domini biberunt et amici dei appellati sunt.

In Festo SS. Iohannis et Pauli. In Secundis Vesperis.

Paulus & Iohannes: Dixerunt Iuliano nos vnum deum colimus qui fecit cælum & terram.

Paulus & Iohannes: Dixerunt Terentiano si tuus dominus est Iulianus habeto pacem cum illo nobis alius non est nisi Dominus Iesus Christus.

Iohannes et Paulus: Agnoscentes tyrannidem Iuliani facultates suas pauperibus erogare cœperunt.

Sancti spiritus: Et animæ iustorum hymnum dicite deo alleluia.

Iohannes et Paulus: Dixerunt ad Galicanum fac votum deo cæli et eris victor melius quam fuisti.

Ad Magnificat. Ifti sunt duæ olivæ: Et duo candelabra lucentia ante dominum habent potestatem claudere celum nubibus et aperire portas eius quia lingue eorum claves cæli factæ sunt.

In Festo Apostolorum Petri et Pauli. In Primis Vesperis.

Petrus et Iohannes: Ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

Argentum: Et aurum non est mihi quod autem habeo hoc tibido.

Dixit angelus ad Petrum: Circunda tibi vestimentum tuum et sequere me.

Misit dominus: Angelum suum et liberauit me de manu Herodis alleluia.

Tu es Petrus: Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Ad Magnificat. Tu es pastor ovium: Princeps apostolorum tibi traditæ sunt claves regni cælorum.

In Festo Apostolorum Petri et Pauli.

In secundis vesperis Añã. Iuravit dominus.

In communi apostolorum.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Hodie Simon Petrus: Ascendit crucis patibulum alleluia Hodie clavicarius regni gaudens migravit ad Christum Hodie Paulus apostolus lumen orbis terre inclinato capite pro Christi nomine martyrio coronatus est alleluia.

Infra oñtavam Apostolorum Petri et Pauli.

Ad Magnificat. Petrus apostolus: Et Paulus doctor gentium ipsi nos docuerunt legem tuam domine.

In Festo S. Mariæ Magdalenæ.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. In diebus illis: Mulier quæ erat in civitate peccatrix vt cognouit quod Iesus accubuit in domo Simonis leprosi attulit alabastrum vnguenti et stans retro fecus pedes domini Iesu lachrymis cœpit rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat et osculabatur pedes eius et vnguento vngebat.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Mulier: Quæ erat in civitate peccatrix attulit alabastrum vnguenti et stans retro fecus pedes domini lachrymis cœpit rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat.

In Festo S. Petri ad Vincula. In Vtisque Vesperis.

Herodes rex appofuit: Ut apprehenderet vt et Petrum quem cum apprehendisset misit in carcerem volens post pascha producere eum populo.

Petrus quidem: Seruabatur in carcere oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.

Alie vt sup. In festo apostolorum Petri et Pauli. fol. 63

[Dixit angelus ad Petrum: Circunda tibi vestimentum tuum et sequere me.]

[Misit dominus: Angelum suum et liberauit me de manu Herodis alleluia.]

[Tu es Petrus: Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.]

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Solue iubente deo: Terrarum Petre catenas Qui facis vt pateant cælestia regna beatis.

In Festo S. Mariæ ad Nives.

Dum efflet rex: In accubitu suo nardus mea dedit odorem suauitatis.

Leua eius: Sub capite meo et dextera illius amplexabitur me.

Nigra sum: Sed formosa filia Ierusalem ideo dilexit me rex et introduxit me in cubiculum suum.

Iam hyems transijt: Imber abiit et recessit furga amica mea et veni.

Speciosa: Facta es et suavis in delicijs tuis sancta Dei genitrix

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Sancta Maria: Succurre miseris iuua pusillanimes refoue debiles ora pro populo interueni pro clero intercede pro deuoto femineo sexu sentiant omens tuum iuuamen quicumque celebrant tuam sanctam festiuitatem.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Beatam me dicent: Omnes generationes quia ancillam humilem respexit deus.

In Transfiguratione Domini. In Vtrisque Vesperis.

Assumpsit Iesus: Petrum et Iacobum et Iohannem fratrem eius et dixit eos in montem excelsum seorsum et transfiguratus est ante eos.

Resplenduit: Facies eius sicut sol vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix alleluia.

Et ecce apparuerunt eis: Moyse et Elias loquentes cum Iesu.

Respondens autem Petrus: Dixit ad Iesum domine bonum est nos hic esse.

Adhuc eo loquente: Ecce nubes lucida obumbravit eos

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Christus Iesus: Splendor patris et figura substantiæ eius portans omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens in monte excelso gloriosus apparere hodie dignatus est.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Et audientes discipuli: Ceciderunt in faciem suam et tinnerunt valde et accessit Iesus et tetigit eos dixitque eis surgite nolite timere alleluia.

In Festo S. Laurentii Martyris. In Vtrisque Vesperis.

Laurentius: Ingressus est martyr et confessus est nomen domini Iesu Christi.

Laurentius: Bonum opus operatus est qui per signum crucis cæcos illuminauit.

Adhæsit: Anima mea post te quia caro mea igne cremata est pro te Deus meus.

Misit dominus: Angelum suum et liberauit me de medio ignis et non sum æstuatus.

Beatus Laurentius: Orabat dicens Gratias tibi ago domine quia ianuas tuas ingredi merui.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Leuita Laurentius: Bonum opus operatus est qui per signum crucis cæcos illuminauit et thesauros ecclesiæ dedit pauperibus.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Beatus Laurentius dum in craticula superpositus ureretur ad impijssimum tyrannum dixit affatum est iam verba et manduca nam facultates ecclesiæ quas requiris in cælestes thesauros manus pauperum deportauerunt.

In Assumptione B. Mariæ Virginis. In Vtrisque Vesperis.

Assumpta est Maria in cælum: Gaudent angeli laudantes benedicunt dominum.

Maria virgo: Assumpta est ad æthereum thalamum in quo rex regum stellato sedet folio.

In odorem: Unguentorum tuorum currimus adolescentulæ dilexerunt te nimis.

Benedicta: Filia tua domino quia per te fructum vite communicauimus.

Pulchra es: Et decora filia Ierusalem terribilis vt castrorum acies ordinata.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Virgo prudentissima: Quo progredieris quasi aurora valde rutilans filia Sion tota formosa et suavis es pulchra vt luna electa vt sol.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Hodie: Maria virgo cælos ascendit gaudete quia cum Christo regnat in æternum.

In Decollatione S. Iohannis Baptistæ.

Herodes enim tenuit: ligauit Iohannem et posuit in carcerem propter Herodiadem.

Domine mi rex: Da mihi in disco caput Iohannis Baptistæ.

Puellæ saltanti: Imperauit mater nihil aliud petas nisi caput Iohannis.

Arguebat: Herodem Iohannes propter Herodiadem quam tulerat fratri suo Philippo vxorem.

Da mihi in disco: Caput Iohannis Baptistæ et contristatus est rex propter iusiurandum.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Misso Herodes: Spiculatore præcepit amputari caput Iohannis in carcere quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus eius et posuerunt illud in monumento.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Mifit rex incredulus: Ministros detestabiles et amputari iussit caput Iohannis Baptistæ.

In Natiuitate B. Mariæ Virginis. In Vtrisque Vesperis.

Natiuitas gloriofæ: Virginis Mariæ ex femine Abrahe orta de tribu Iuda clara ex stirpe Daud.

Natiuitas est hodie: Sanctæ Mariæ virginis cuius vita incluta cunctas illuſtrat Ecclesias.

Regali ex progenie Maria: Exorta refulget cuius precibus nos adiuuari mente et spiritu deuotissime poscimus.

Corde et animo: Christo canamus gloriam in hac sacra solennitate præcellæ genitricis Dei Mariæ.

Cum iucunditate: Natiuitatem beate Marie celebremus vt ipsa pro nobis intercedat ad dominum Iesum Christum.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Gloriofæ: Virginis Mariæ ortum dignissimum recolamus quæ et genitricis dignitatem obtinuit et virginalem pudicitiam non amisit.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Natiuitas tua: Dei genitrix virgo gaudium annunciauit in vniuerso mundo ex te enim ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster qui soluens maledictionem dedit benedictionem et confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam.

In Festo exaltationis S. Crucis. In Vtrisque Vesperis.

O magnum: Pietatis opus mors mortua tunc est quando in ligno mortua vita fuit.
 Salua nos: Chriſte ſaluator per virtutem crucis qui ſaluasti Petrum in mari miſerere nobis.
 Ecce crucem domini: Fugite partes aduerſæ vicit leo de tribu Iuda radix David alleluia.
 Nos autem: Gloriarī oportet in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.
 Per ſignum crucis: De inimicis noſtris libera nos deus noſter.
Ad Magnificat in Primis Vesperis. O crux ſplendidior: Cunctis altris mundo celebris
 hominibus multum amabilis ſanctior vniuerſis quæ ſola fuiſti digna portare talentum
 mundi dulce lignum dulces clavos dulcia ferens pondera ſalua præſentem cateruam in
 tuis hodie laudibus congregatam.
Ad Magnificat in Secundis Vesperis. O crux: Benedicta quæ ſola fuiſti digna portare
 regem cælorum et dominum alleluia.

In Dedicacione S. Michaelis Archangeli. In Vtrisque Vesperis.

Stetit angelus: Iuxta aram templi habens turibulum aureum in manu ſua.
 Dum præliaretur: Michael archangelus cum Dracone audita eſt vox dicentium ſalus deo
 noſtro alleluia.
 Archangele Michael: Conſtituite principem ſuper omnes animas ſuſcipiendas.
 Angeli domini: Dominum benedicite in æternum.
 Angeli archangeli: Throni et dominationes principatus et poteſtates virtutes cælorum
 laudate dominum de cælis alleluia.
Ad Magnificat in Primis Vesperis. Dum ſacrum myſterium: Cerneret Iohannes
 archangelus Michael tuba cecinit Ignofce domine deus noſter qui aperis librum et
 ſolis ſignacula eius alleluia.
Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Princeps glorioſiſſime: Michael archangele eſto
 memor noſtri hic et vbique ſemper precare pro nobis filium dei alleluia.

In Festo Omnium Sanctorum. In Vtrisque Vesperis.

Vidi turbam magnam: Quam diminere nemo poterat ex omnibus gentibus ſtantes ante
 thronum.
 Et omnes angeli: Stabant in circuitu throni et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas
 et adoraverunt Deum.
 Redemiſti nos: Domine deus in ſanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione
 et feciſti nos deo noſtro regnum.
 Benedicite dominum: Omnes electi eius agite dies lætitiæ et confitemini illi.
 Hymnus omnibus: Sanctis eius filiis Iſrael populo appropinquanti ſibi gloria hæc eſt
 omnibus ſanctis eius.
Ad Magnificat in Primis Vesperis. Angeli archangeli throni et dominationes principatus
 et poteſtates virtutes cælorum cherubim atque ſeraphim patriarchæ et prophetæ ſancti
 legis doctores apoſtoli omnes Chriſti martyres ſancti confeſſores virgines domini
 anachoritæ ſanctique omnes intercedite pro nobis.
Ad Magnificat in Secundis Vesperis. O quam glorioſum eſt regnum: In quo cum Chriſto
 gaudent omnes ſancti amicti ſtolis albis ſequuntur agnum quocunq; ierit.

In Festo S. Martini episcopi. In Vtrisque Vesperis.

Dixerunt discipuli: Ad beatum Martinum cur nos pater deseris aut cui nos desolatos relinquis inuadent enim gregem tuum lupi rapaces.

Domine: Si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem fiat voluntas tua.

O virum ineffabilem: Nec labore victum nec morte vincendum qui nec mori timuit nec viuere recufauit.

Oculis ac manibus: In cælum semper intentus invictum ab oratione spiritum non relaxabat alleluia.

Martinus: Abrahæ finu lætus excipitur Martinus hic pauper et modicus cælum dives ingreditur hymnis cælestibus honoratur.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Beatum virum: Cuius anima paradifum possidet vnde exultant angeli lætantur archangeli chorus sanctorum proclamat turba virginum in vitat mane nobiscum in æternum.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. O Beatum Pontificem: Qui totis visceribus diligebat Christum regem et non formidabat imperij principatum O Martine dulcedo medicamentum et medice O sanctissima anima quam etfi gladius persecutoris non abstulit palmam tamen martyrij non amifit.

In Festo S. Cæciliæ virginis et martyris.

Cantantibus organis: Cæcilia domino decantabat dicens fiat cor meum immaculatum vt non confundar.

Valerianus: In cubiculo Cæciliam cum angelo orantem inuenit.

Cæcilia: Famula tua domine quali apis tibi argumentosa deferuit.

Benedico te: Pater domini mei Iesu Christi quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo.

Triduanas: A domino popofci inducias vt domum meam ecclesiam confecrarem.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Est secretum: Valeriane quod tibi volo dicere Angelum dei habeo amatorem qui nimio zelo custodit corpus meum.

Ad Magnificat in Secundi Vesperis. Virgo gloriosa: Semper euangelium Christi gerebat in pectore suo et non diebus neque noctibus a colloquijs diuinis et oratione cessabat.

In Festo S. Clementis Papae et martyris.

Orante: Sancto Clemente apparuit ei agnus Dei.

Non meis meritis: Ad vos me misit dominus vestris coronis participem me fieri.

Vidi supra montem: Agnum stantem de sub cuius pede fons viuus emanat.

De sub cuius pede: Fons viuus emanat fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.

Omnes gentes: Per gyrum crediderunt Christo domino.

Ad Magnificat in Primis Vesperis. Oremus omnes: Ad dominum Iesum Christum vt confessoribus suis fontis venam aperiat.

Ad Magnificat in Secundis Vesperis. Dedisti domine habitaculum: Martyri tuo Clementi in mari in modum templi marmorei angelicis manibus præparatum iter præbens populo terræ vt enarrent mirabilia tua.

Choirbook:

SECVNDA PARS. A-Y⁶, Z³ 270pp. (135 folios). No dedication. Index.

Remarks:

Secondo format. Antiphons that differ from *Liber Usualis: Reuertere in terram Iuda*, for Feast of the Purification of the B.V.M.; psalm antiphons for Inventione S. Crucis, *O crux: Benedicta quæ sola*. The antiphons for the Feast of the Purification and for the Inventione S. Crucis agree precisely with the *Breviarium Romanum* of 1568. Copy consulted: I-Bc (microfilm). RISM L366.